



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Bernardinus Senensis. 20. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

go Deipara curam valetudinis ejus egit, & altero oculo lippientem recreavit. In hoc contubernio educatus, homines penitus deseruit, uno ejusdem propositi socio comitatus, cui tamen constantia defuit. Petri studiis Angeli applauserunt, quos hodie rariùs audimus, quia aures nostræ Sirenum sibilis occupatæ, Angelis non parent. *Ex Surio.*

*Christum, tanquam signaculum in corde nostro debemus imprimere, ut nulla hoc valeat hostilis irruptio violare: Christum etiam operibus nostris debemus insculpere, ut per omne, quod agimus, Crucifixi nos Præceptoris discipulos demonstramus. S. Pet. Dam. serm. 67.*

S. BERNARDINVS SENENSIS.

20. Maij.

**B**ERNARDINO puero aras extruere, quæ ad populum dici pro concionè audierat, ad pueros dicere, ludus erant. Qualem nunc serium putas fuisse? Verecundiâ tantâ fuit, ut cum mimicæ castis auribus voces bacchantur, ad quamcunque coronam accederet, illud statim audiretur: *Missæ isthac nunc facite, siquidem BERNARDINVS, adest.* Tantum apud viros potest puer verecundus! Certè puer ejusmodi verba prætexata in viro alapa castigavit, docuitque frontem effrontem vel invitam erubescere: in alium ejusdem culpæ reum totum puerorum globum cœgit, qui lapidibus scelus urbe prosciberent. Feminas verò ex animo omnes, præter MARIAM, deleverat. Hanc unam ille unicè amare, ad hujus effigiem pro portâ urbis vigilantem quotidie in genua accidere; irridente necquicquam proterviore pueritiâ, cum VIRGO attrileret. Iam ubi inter discipulos magni Francisci annumeratus est, ea fuit dicentis pro virtuti-

tutibus contra vitia libertas, is ardor, ut ad eum  
aleas flammis ustulandas omnis urbs comporta-  
ret: adeo ut illi, qui his conficiendis vitam susten-  
tarant, ultima paupertas immineret, nisi eidem au-  
ctor BERNARDINVS fuisset nomen IESV deinceps  
tabellis insculpendi, quo factum brevi est, ut dite-  
sceret etiam. Ipse Divus cum de nomine IESV se-  
pè sepiùs diceret, supra caput suum id ipsum quan-  
doque conspicuum habuit sole splendidius. Superi-  
ri! quis unquam clarior exitit concionator? *Ex  
Suro.*

*Quid amabilius verecundo adolescente? quam  
pulchra hac gemma morum in vita & vultu illius?  
quam vera & minimè dubia bona nuncia spei, bona  
indolis index? Quid ita turpeloquii & omnis tur-  
pitudinis fugitans? Soror continentie est. S. Bern.  
serm: 86. in Cant.*

S. AVSTREGISILVS C. 20. Maij.

Urpuratum è Regiâ Francicâ Magistrum dabi-  
mus stantibus in bivio, & de devinitatis erga  
se consilio incertis. AVSTREGISILVS is est, qui à  
parentibus ad curam posteritatis impulsus, post  
longam frustrationem, trium Dynastiarum nomi-  
na totidem membranis inscripta aræ imposuit, ad  
quam trinotio pervigilaturum se spondit, eum  
deinde focerum optaturus, cuius sibi nomen sor-  
titiò obtigisset. Verùm alterâ ei nocte somnus ob-  
repit, sed qualis esse solet divina patientium: vi-  
dere enim sibi visus est Cælites duos de suo cum  
Iusti iudicis filiâ conjugio colloquentes. Eum ju-  
dicem dum vigil: postea inquit, vocari ad sacer-  
dotium se, curamque Ecclesiæ intelligit, quæ scili-  
cet ipsissima Iusti iudicis filia est. Neque displice-  
bat conditio à re uxoriâ abhorrenti: injeſta ta-  
men.